



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118340

§. 81. Alverniæ Ducissæ obitus

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66444)

non nisi tamen invitus & quodammodo violentis Gandavensium ausibus coactus eorum voluntati cedebat; hi enim eo temeritatis progrediebantur, ut non jam per ambages contestarentur, se solos, nisi consentiret, has nuptias effecturos: Cum autem insuper Maximiliano hujus pacis conditiones nimium duræ, & Margaritæ Filiae suæ dos admodum ampla videretur, graviter querebatur, quod Ludovicus auctoritate sua insolentius uteretur, eo quod quasdam arces in Burgundia solo æquari jussisset.

Sæcul. XV.
A.C. 1482.

§. LXXXI.

Alvernæ Ducissæ obitus.

Interea Joanna de Francia Joannis de Borbonio & Alvernæ Ducis conjux in suo castro Molini in Corbonensi Provincia tam ardenti corripiebatur febris, ut desperata omnium Medicorum ope feria quinta die quarta Maji e vivis excederet, Molini in Ecclesia S. Mariæ sepulta. Ejusdem virtutes, ac vitæ probitatem pluribus commendat Auctor, qui de gestis Ludovici XI. commentarios scripsit: Præterea plures eodem anno pari fato rebus humanis erepti sunt, quos inter præcipui sunt Narbonensis, & Bituricensis Archiepiscopi; Lexoviensis Præsul, Joannes Pistor seu Boulanger primus Parisiensis

Chron.
Ludov. XI.
apud Com.
Tom. V.
Edit. ult.
pag. 269.

Moulins.

Sæcul XV
A C 1482.

siensis Senatus Præses, & alius quidam nomine Nicolaus Bataillia, qui celeberrimus sui ævi Jurisconsultus ingenti omnium luctu decessit.

§. LXXXII.

Leodiensis Episcopi cædes.

*Chron. libid.
p. 273. Ga
uin. lib. 10.
Suffrid. de
Episc. Leod.*

Guilielmus Marchianus, quem Leodienses Aprum Ardueannæ vocabant, contra Ludovicum Borbonium hujus urbis Episcopum conspirare, eumque e medio tollere omnibus viribus conabatur, ad hoc incitatus sive obtinendæ civitatis Leodiensis spe, sive odio in præfatum Episcopum; saltem quorundam Scriptorum fide discimus, Marchianum ab ipso Ludovico XI. ad immane hoc facinus effectui dandum pecunia & milite fuisse adjectum, eoquod hic Episcopus Maximiliano Archiduci favisset. (*) Ergo Marchianus suos milites contrahit, quos rubris vestibus indutos, ac in sinistra manica aprugni capitis imaginem gestantes usque ad Leodiensem agrum educit, ubi cum nonnullis urbis civibus clandestina fovebat consilia; hi vero Episcopo suo auctores erant, ut hosti obviam procederet, nec cunctabundus præstolaretur, donec urbs obsidione clauderetur: polliceban-

(*) Vide Hist. Continuat. Fleurii Lib. CXV. §. LXVII.